

De recipiendi annuatim certū redditū in pecunia vel alia re pecunia est i-
 mabili est maris seu id quod directe et licite venditur et emitur in hoc co-
 tractu quod quis hoc ipsum ius sit quid incorporeū. Patet prima pars a simili in
 rebus ecclesiasticis. Sicut enim alicui clerico acquiritur ius prebende et
 canonie tanquam membro ecclesie ex actione nominationis patroni aut col-
 latoris. sic per actionem emptionis et venditionis ementi cum debitis circumsta-
 tijs censu aut redditu in bonis alicuius private persone aut civitatis acqui-
 ritur ius recipiendi ipsum redditu tanquam copropriari et quasi coheredi ipsius
 vendentis in redditibus bonorum suorum. Et ementi census in bonis alicuius
 civitatis acquirit ius recipiendi ipsum censu tanquam membro et civi civita-
 tis villagii civitatis aut opidi aut collegii. sic quod per emptionem emens
 fit quasi concivis et particeps iurium et bonorum ipsius civitatis. Unde et
 peregrini et advene per emptionem iuris civium aut civilitatis solent fieri ci-
 ves civitatum et copropriari iurium utilitatum ac ceterorum commodorum civi-
 tatis. quo fit quod quicquid talis emens recipit de rebus et bonis civitatis
 etiam in perpetuum semper suum recipit quia de suo recipit. **S**ecunda pars
 conclusio. scilicet quod licite venditur et emitur hoc ius probatur pri-
 mo auctoritate legis divine geneseos 23. ubi abraham patriarcha petiit a filiis hebreis
 sibi ius sepulture donari dicendo. date mihi ius sepulture vobiscum. quod
 utique vir prudens et iustus non petisset nisi licitum et dabile hoc esse no-
 visset. cum non sit credendus ignorasse fore petendum quod iustum est. **S**i
 autem potest donari potest et vendi ut supra ostensum est. Item ius primo
 gentium est quid incorporeū. **3. Gen. 27.** iacob emittit ab esau huiusmodi
 ius igitur. **2. c.** **S**ecundo probatur idem auctoritate legis et iuris humani
 civilis et canonice concedentis vendi posse ius hereditarium ad rem heredita-
 riam actiones creditoriales redditus futuros ex theloneo vel passa-
 gio fructus agrorum pro anno futuro. immo quod nulla entitatem habet in
 natura rei sed solum in spe. ut iactus verhis in flumine vel aliquid for-
 tuitum ut **1. c. de contrah. ep. l. nec emptio.** Et de ac ep. si. cu. **C. l. se.** et
 de v. ob. l. inter stipulantem. **S. facta.** Et licet in hijs fortuitis precibus
 sit interdum maioris valoris quam res emptæ que potest esse que utilitatis im-
 mo potest esse nullius entitatis. Et e converso quoniam res emptæ est maio-
 ris valoris quam precium datum. tenet tamen contractus propter incertitudinem. **N**on
 ergo ratione vendi et emi potest ius recipiendi redditu in pecunia vel alia re
 pecunia mensurabili quod quis sit incorporeū quod probatur. **3.** Tertio emi potest ius
 transeundi per fundum alterius aut equitandi. Ius figendi palas in mu-
 ro alicuius que sunt incorporalia. igitur et ius recipiendi redditum.